UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. ix. Q[uod] fides deo debita sit cuiuis homini p[re]fere[n]da nec seuatur homini nisi deo seruetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70332

Visual Library

tribus vt ſacramēti docet cōceptio fundere ſanguinē: & ſi opus
eſt aīam ponere. Exultationes dei in gutture eorū: & gladii an= p̄s.cxlix.
cipites in manib⁹ eorū. Ad faciendā vindictā in nationib⁹: in=
crepationes in populis. Ad alligādos reges eorum in compedi=
bus: et nobiles in manicis ferreis. Sed quo fine: an vt furori / va
nitati / auaritie ſeruiāt / aut ꝓprie volūtati? Nequaq̄. Sed vt fa=
ciant in eis iudiciū cōſcriptū: in quo quiſq; non tā ſuū q̄ dei ange
lorū & hoīm ſequat̃ ex equitate & publica vtilitate arbitrium.
Vt faciāt inquā: quia ſicut iudicū dictare iudiciū: ita & iſtorum
faciēdo exercere officiū eſt. Vtiq; gloria hec eſt om̄ibus ſanctis
ei⁹. Nā & hec agētes milites ſancti ſunt: & in eo fideliores prin
cipi quo ſeruāt ſtudioſius fidē dei: et virtutis ſue vtilius gloriaꝫ
ꝓmouēt quo fidelius dei ſui in om̄ibus gloriam querūt.

¶ Q̄ fides deo debita: ſit cuiuis homini p̄ferēda: nec ſeruatur
homini: niſi deo ſeruetur. Capitulum. IX.

NEc refert fideli quis militet an infideli: dū tantū mili
tet fide incolumi. Dyocletiano & iuliano / & aliis im=
piis leguntur militaſſe fideles: & eis in defenſione rei
publice tanq̄ principib⁹ fidem exhibuiſſe & reuerētiā
Impugnabant enī hoſtes īperii: ſed mandata dei ſeruabant. Si
vero precipiebātur temerare legē: deū homini preferebāt. Se= p̄s.cxviij.
debāt principes & accuſabāt eos: illi exercebātur in iuſtificatio
nib⁹ dn̄i: cōſtanter loquētes et agētes ſine cōfuſione mādata ei⁹
cū om̄i fiducia. Dauid quoq; militaſſe legitur achis & fidē & re j.Regū.xxj.
uerentiam militantis impleſſe. Hec autem om̄i militie formu=
la preſcribenda eſt & implenda / vt deo primū fides debita: dei=
de principi & reipublice ſeruetur īcolumis. Et ſemp maiora p̄=
iudicabunt minoribus / quia nec reipublice / nec p̄ncipi fides ſer=
uanda eſt contra deū: ſed ſm̄ ſicut habet ip̄a cōceptio ſacramen
ti militaris. Vn̄ plurimū miror ſi quis p̄nceps illis habeat fidē /
quos videt deo ſuo cui vt cetera taceā etiaꝫ ſacramento militie
obligati ſunt fidem debitā non ſeruare. Quo nā morbo ratiōis
laborat q eū ſibi fidelē fore credit quem videt eſſe corruptū & p
fidum in illū cui plurimū debet? Sed timet principem. Certe ſi
fortior ſuperuenerit: pretimebit & illum. Amatur forte p̄nceps
At ſi benignior & beneficentior apparuerit: & illuꝫ preamabit.
Non eſt quo ſe non vertat impius qui hominē deo prefert. Ne=
quaq̄ ſeruabit ſecundam qui primam fidem irritam fecit.

¶ De p̄uilegiis militū / & q̄ ſacramēto aſtricti ſūt eccl̄ie / & q̄re
gladius offeratur altari. Capitulū. X.